



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**De Vita Et Rebus Gestis Christophori Bernardi Episcopi Et
Principis Monasteriensis Decas**

Alpen, Johann von

Coesfeldiae, 1694

19. Viennam Vrbs Drachterum. C. Bern. Furstenbergium & Batzium
ablegat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68495)

erat *Theodorus Carolus Baro de Wilich & in Richoltz, Dynasta in Wynenthal.* Cui in Urbe aliquando presentis insinuarant se Consules & nonnulli de Senatu, ærumnâsque suas questi, intercessorem rogârant, ita se porro ne persequeretur, sed privilegia, jurâque Princeps ut relinqueret intacta Civitati. Et quamquam ille sponsâ interpositione spem fecerat diffidiis amicè componendis; quod tamen nova exurgerent quotidie fomenta, brevi spes omnis adempta fuit. Cum enim *vectoris & frumento vectigal impositum (Wagenzeichen & Multerstewr dicebatur)* Ob nova citra immunitatis & exemptionis discrimen, à Clero ac Nobilitate per id temporum fopus Monasterienses exigent, Procurator *Fisci Civitatem in jus vocavit; & glandes igniariæ missiles, quas alibi Senatus emerat, in viâ interceptæ Principis jussu Warendorpium avertæ sunt.*

Nihilominus Monasterienses parituri tandem Decreto Cæsarei Tribunalis (quod imperante nunc Leopoldo jus iterum dicebat) *Drachterum* Viennam mittunt, *Drachconquisitis* undique documentis onustum, ut *ius presidij* Civitati adstruat fortioribus, quam olim, argumentis. *Christophorus Bernardus* haud immemor, hac unâ in periodo, causæ totius & juris sui cardinem versari, & ipse *Furstenbergium*

1659.

Cancel-
lariusMona-
steriensis.Frustrâ
interpo-
nit se in
causaMona-
sterien-
sium.Ob nova
diffidio-
rum fo-
menta.

19.

Viennâ
UrbsDrach-
terum.

1659.

C. B.

Fursten-
bergiumet Bat-
zium ab
legat.

ocyus ac *Batzium* Viennam ablegat, qui *Drachterum* observent, & controversæ litis habeant rationem.

Isthic tametsi contentio super *jure præsidij* prima erat; vix tamen minoris studij litigium fuit, & disceptatum utrinq; cur non liceret *Monasterio* cum Ordinibus Belgij fœderatis societatem pacisci. Esse namque Civitatem Hanseaticam, & Hanseaticò adscriptam fœderi, publicâ lege Imperij comprobato. Collegium hoc cum exteris fœdera pacisci posse, testentur *Lubeca*, *Hamburgum*, *Brema*, & inter has, ac Unitum Belgium Anno seculi præsentis supra quadragesimum quinto & sexto ictæ societatis leges. Et sanè *Monasterium* non esse Civitatem merè municipalem, sed mixtam; cui proindè potestatem hujusmodi neget nemo politices gnarus scriptor. Imò quantumvis etiam merè municipalis censeretur; non prohiberi tamen in fœdera cõire, quæ tenderent ad sui defensionem & commerciorum securitatem.

20.
Argu-
menta
Civita-
tis super
jurepan-
gendi
fœderis.

A Prin-
cipe re-
fellun-
tur.

Contrà differebat Princeps, fœderis ineundi potestatem ad eos solùm pertinere, qui jus haberent *Majestatis*. *Monasterium* Municipalem & subditam tantùm Civitatem esse, & ita pridem à Cæsare determinatum. Cui nulla suppetat facultas fœdera componendi sine permissu superioris. Et vel idèò fœdus, quod Anno huius æta-

tis